Eadem Actrices Borucka, Mroczkowska et Andzlowska una cum reliquis stirpis Komarovianae haeredibus per omnia fortia Dn Marcellum Komar pro Administratore constitutum habere volentes, remonstrarunt contra eandem Resolutionem de praes. 2. 8bris 803 ad No 22287, quoad passus, quod Administratio Josepho Comiti Goluchowski confisa, et vota non numerata, sed ponderata fuerint, — haec Remonstratio magni est ponderis, in ea Actrices iteratis vicibus agnoverunt, quod post Jacobum et Catharinam Komar tantum 3 filij Josephus, Stanislaus et Michael relicti fuerint, quodq descendentibus et Jurisquaesitoribus Josephi 1/3 pars substantiae Kossakowskianae ex medietate in lineam Komarovianam devolutae, seu aequalis portio cum reliquis binis fratribus Stanislao et Michaele signanter eorum descendentibus competat, quae 1/3 pars ex medietate respectu totius assis haereditarij in dupondium divisi, est aequalis 4/24 partibus — agnoverunt denique, quod vota, eadem aequali ratione computari debeant, quinimo Remonstrationi huic Schema genealogicum Schemati No 15 quoad Numerum prolium Jacobi et Catharinae Komar ex toto conforme, allegarunt, ut No 37 contra praecitatos passus etiam recurrebant, sed obviati sunt ut No 38 tandem denominationi Administratoris acquieverunt, testante petito de praes. 23. 9bris 803. No 26280 ut No 39.

No 37 cum suballeg. Genaus

No 38

No 39.

Stanislaopoli quoque celebrata fuit sub die 27. 7bris 803. Comissio respectu eligendi Administratoris, moniti fuerunt haeredes, ut in ordine designationis

votorum

votorum competentiam suam comprobarent, Actrices reposuerunt, id ipsum commune Schema Genealogiæ et agnoverunt tres tantum filios ex Catharina et Jacobo Komar procedere, ut No 40.

No 40.

Multis aliis vicibus eodem communi Schemate genealogico, tam in Excelso Judicio, quam in Ch. Foro Nobil. Stanislaopol. et Tarnoviensi Actrices usi sunt, semper eandem competentiam et procedentiam agnoscebant, qui actus jam qua superflui, jam ad vitandam accumulationem hujus Duplicæ non accluduntur — maximæ igitur temeritatis convincuntur Actores, qui contra tot judiciales agnitiones, totque decreta et solemnes actus in via civili, in via tabulari, in via permutationis bonorum salinarium, in centrali Varsoviensi Comissione, et in via pertractationis hæreditatis Kossakowskianæ positos, existentiam Barbaræ Komarowna fingere, et jura sibi usurpare non dubitarunt, —

In Russia quoque magno motu agitabantur lites de successione Kossakowskiana inter stirpem Komarovianam et diversos competitores, inter hos præcipue ex linea Czurylovianа proaviæ paternæ, hæredes ab utrinque legitimabant jura sua adjurabant comportationem Documentorum secundum leges polonas, nunquam tamen stirps Komarovianа, vel quisquam alius affirmavit, Barbaram Komarowna ex Jacobo et Catharina Komar natam fuisse, sed duntaxat procedentia trium filiorum Josephi Stanislai et Michaelis ex iisdem parentibus, deducta et agnita est, ut docent Decreta Gubernij Podoliensis ddto 20. 9bris 797 sub No 41 et ddto 11. 8bris 797 sub No 42

No 41.
No 42

Dato non concesso, imo simpliciter negato, quod Barbara Komarowna in rerum natura extiterit, quodque legitimis parentibus Jacobo et Catharina de Zelislawskie Komary Conjugibus nata fuerit, nihilominus actores Joannes, tum Joannes Cantius et Ignatius Komary inepte et petulanter deoccupationem et exscissionem 1/24 partis hæreditatis Kossakowskianæ post hanc Barbaram prætendunt, utique juxta demonstrata Joannes

et

et Franciscus Komary vendiderunt Joanni Cantio Morsztyn integram 1/3 partem hæreditatis ex medietate in lineam Komarovianam devolutam, talem scilicet, qualis ex tribus filiis Catharinæ et Jacobi Komar, Patri eorum Josepho obtigit, iam autem vigore § 366 Cod. Civ. ei non competit jus vindicationis, qui rem eo tempore, quo proprietatem ejus nondum habuit, proprio nomine alienavit, ergo etiamsi per inconcessum supponeretur, Barbaram Komarowa extitisse, ejusve portionem per reliquos aesi illius fratres, Josephum Stanislaum et Michaelem occupatam, atque primum post mortem ejus proprietatem adquisitam fuisse, tamen vetante mox dicta lege, amplius vindicari nequit — Præter ipsum Cedentem Joannem Komar valet hæc lex etiam contra Joannem Cantium et Ignatium Komar, hi enim in jura patris venientes melius aut fortius jus habere nequeunt —

Quoad Conactrices Borucha, Mroczkowska et Andzlowska in specie consideratione Excelsi Judicij antepenitur, quod eædem in fundamento Decreti Judicij terrestris Cracoviensis Anno 5. 7bris 783. ut No 43 duntaxat jus ad exsolutionem dotis ex substantia paterna habuerint, ad eamque Cedentes Morsztynoviani obligati fuerint, — et revera Ursula de Komary Andzlowska in assistentia mariti sui Jacobi Andzlowski coram Actis Capitanealibus Neocorczynensibus die 15. Xbris 783. comparens, non tantum fratres suos de dote ex Successione Stanislao Kossakowskiana sibi competente, omnibusque juribus suis in eandem hæreditatem, plenarie quietavit, verum etiam Resignationem per eosdem fratres Joannem et Franciscum Komary in rem Joannis Cantij Morsztyn factam confirmavit ut No 44; pariter Brigitta de Komary Mroczkowska portionem suam hæreditariam fratribus cessit, et chyrographum super Summa 8000 fp. pro cessione stipulata in Castro Cracoviensi die 15 Xbris 786. oblatuari curavit, ut No 45. Ita quoque Theressia de Komary Derpowska in assistentia mariti Jacobi Derpowski coram actis Castrensibus Cracoviensibus die 18. January 787. tam de dote ex Successione Kossakowskiana quietavit, quam etiam suprafatus Transactiones cum Morsztyn initas approbavit, et ratificavit, ut No 46 — nemo ergo est, quid dicere,

No 43.

No 44

No 45.

No 46

iisdem

iisdem sororibus post acquietationem et renunciationem tamen jus hereditatem Kospahowskianam competere, tanto magis, quia hoc questio per Decretum homologatum sub A jam pridem decisa et separata est + Caterum approbatio resignationis hereditatis Kospahowskianæ per easdem sorores jam post putativa fata Barbaræ Komarowna subsecuta, etiam imaginata jura ejusdem approbationem compleeti, nemo dubitabit, si quidem approbatione opus non fuisset, ni si quoque jura illorum in Joannem Morsztyn translata extitissent—

Incepte autores agunt pro occupatione et divisione hereditatis Kospahowskianæ per caput cujusdam Barbaræ Komarowna etiam ex eo, quod de capienda hereditate non per processum, sed modo in Cap. 18 p. II Cod. Gal. et novi Cap. XI proscripto, agi debeat, illi vero nec asserunt, nec probant, hereditatem questionis aut antiqua forma medio Intromissionis acceptatam, aut juxta novam formam additamenti esse, satis autem est supposituum, actui additamenti alicui deberi credo Judicis hereditatem quisque et quandocunque separata actione petere posset, jus enim hoc ille tantum exercere valet, qui impeditus fuit remedium in pertractatione intimare et legitimare; quod autores affirmare non audent; aut cui hoc jus in Decreto additionis fuit prætentatum, id quod pariter non extitit, imo nec Barbara Komarowna, nec putativi ejus heredes, ipsi inquam hi autores, qui in omnes pertractationes de hereditate Kospahowskiana in Galicia, Varsovia, et in Russia intrarent, omnes actus intuebantur, et contra quos tolies repetitus rigor prædicti valet, nec jura hoc insinuarent, nec sibi protelaverunt, nec protelari petierunt, ad potiores Protium Potocki qua jure quo pitorem veniunque et indubitatum heredem partium ex linea Komarowiana agnoverunt—

Jure polono, quod ad tempus ob mortem Stanislai Kospahowski debuit anno 1761. subsecutam seu referendum inter Consid. de anno 1347 V. I fol. 19. et 21. lit. de prescriptione, et venditione bonorum tam de anno 1420 V. I fol. 76 lit. de venditore hereditatis, omni jure ad hereditatem intra 3 annos et 3 menses non exercito, proscribitur—juxta Stat.

Leth.

+ et aliequin etiam absque renunciatione, filiabus exdotatis juxta Correctur. Statuti Vol. VI fol. 449. nullum jus hereditarium in bonis paternis, vel maternis competit—

Lith. Cap. 4. Art. 91. ad talem praescriptionem decennium requirebatur, quod pluries consumatum est, haecque praescriptio Actoribus diserte opponitur, [quinimo juxta legem anni 1778. V. 8. fol. 955 possessio 50 annorum citra omne jus ad usucapionem sufficit, a die vero fatorum Kossakowski nempe 1. Martij 1761 ut Th ad diem exportatae actionis de praes. 21. 7bris 811. etiam hoc longissimum tempus effluxit - nostris quoque legibus usucapio lapsis 30. annis etiam absque titulo perficitur, malam autem fidem Actores nequidem asserere audent, multo minus probant, hisque diserte negatur - praeterea juxta superius adductam explicationem conventa massa cridaria ad diem porrectae actionis jam tabulariter usucepit, et cujusvis tertij juri praescriptum est, obstante igitur praescriptione, et praeclusione supra provocata, Actio moderna ex jure Barbarae Komarowna, amplius admitti nequit - notari autem hoc loco meretur, quod sorores Borucka, Mroczkowska et Andzlowska non consideratis tot actibus, et Decretis, ex jure succedendi post eandem suppositam Barbaram Komarowna separatum Actoratum de praes. 20. Aprilis 819 instituerint ut No 47

[juxta jus correctum Prussiae praescriptio ratione bonorum immobilium cum titulo et fide intra 30 Annos, absque hoc vero intra 40 Annos complebatur, reique Dominium adquirebatur -

No 47

His accedit, quod Massa cridaria Proto Potockiana oneroso ac justo titulo, et bona fide, ad possessionem juris haereditarij pervenerit, jura haec in Tabulis nec limitata, nec alienis praetensionibus quoad Dominium gravata fuerint, quodque bona per Exdivisionem I eidem Massae applicata, et per creditores legitime acquisita, fide publica et auctoritate judiciali nemine impugnante, jam alienata sint ut No 48 et in manus jam quartae personae devenerint - consequenter objectum deoccupationis, et traditionis deficit -

No 48

Silverant actores, dum acerbae lites cum haeredibus maternis de universa haereditate Kossakowskiana, de cedendo Tractu Zablotoviensi, de restitutione causae in integrum ut No 49. 50. 51. 52. 53 agitarentur, totque aliae Causae et pertractationes superarentur, ignorabant, sumptus et labores, qui igitur sit character moralis hujus actionis, decisioni Excelsi Judicij relinquitur -

No 49. 50. 51. 52. 53

His

His praemissis, accedit Curator ad refutandam Replicam in specie –

ad I Recte ideo, quia Genealogia sub B difformiter Decreto addictionis sub A solumque ad Libitum et intentionem Replicantium concinnata esse apparet, nullam considerationem habere potest, excipiendo enim propriis Actorum Documentis et hic superius luculenter demonstratum est, Barbaram Komarowna Sororem Josephi, Stanislai et Michaelis Komar, filiam vero Catharinae Zelislawska et Jacobi Komar non fuisse, eandemque etiam si dato, negato, genuina ejus natalia probata essent, nisi pro sorore Josephi et Stephani Komary, filia vero Michaelis Komar, nepte autem Catharinae et Jacobi haberi, admittique posse –

ad II et a Id ipsum Duplicans quoque contendit, quod nimirum circa inspectionem Originalium Actionis Sepultura sub F non in Originali; sed tantum in Copia vidimata producta fuerit, haec vero Copia ipsum Authographum non suppletur, et suppleri posse negatur, Massa enim conventa vi § 193 Cod. jud. habet jus ipsum Originale inspiciendi, nec proinde ei Copia quocunque modo authenticata obtrudi potest, tanto magis, quia ex Copia vidimata vitia originalis suspectum illud, aut adulteratum reddentia, dignosci, ac judicari nequeunt – Sepultura autem haec ex ipsa ejus copia sub F falsa esse apparet, cum ex assertis Replicantium atque Documentis E et K liqueat, Barbaram Komarowna die 30. Xbris 1785 fatis cessisse, in Sepultura vero F eadem die sepulta fuisse dicatur, quod utpote legi, corporis mortuorum ante diem tertiam a die fatorum inhumari prohibenti, contrarium, nullam fidem meretur, – Nec obstat, quod Originale Sepulturae sub F circa acta pertractationis in Ch. Foro Nobil. Tarnoviensi reperiri dicatur, partim quia id nihilo probatur, et Duplicans negat, partim quia ob hanc rationem Replicantes a productione Originalis vi §. 12. Cod. Jud. liberari nequeunt, partim quia

Originale

Originale illud ex libris Sepultorum Parochiae Pogwizdów ubi Barbara Komarowna sepulta fuisse asseritur, facile depromi potuit –

ad b. In summariam probationem per Attestata G¹ et G² Curator nec consentit, nec etiamnunc consentit, ejusque admissioni vi § 255 Cod. jud. jure contradicit –

ad c.d. Quo ad actum obsignationis sub E sufficit provocasse ad Exceptionis dicta, eo superaddito quod Actus obsignationis manuducente Actore Joanne Komar assumptus, non plus probationis efficiat, quam quovis alia hujusce Dni Komar scriptura proscribente, namque nec obsignans Camerarius, nec Judex pertractans ipsam Barbaram Komarowna Anno 1785 adeoque 25 annis ante actum obsignationis ac si demortuam, novit, neuterque mortem ejus, multo minus existentiam, legitimitatem ortus, et procedentiam a Catharina et Jacobo Komar Conjugibus attestari valet, – actus ergo isthic etiamsi revera per Decretum addictionis hereditatis confirmatus foret, tamen neminem tertium obligare potest, sed duntaxat singularem speculationem Actorum periculo suo factam, redolet.

Negatio porro negationis in jure non subsistit, stant igitur firma argumenta Exceptionis contra admissibilitatem tam Articulorum positionalium sub H quam provocatorum Testium – falsum vero est, ac negatur omnem quamcunque oblatam per Testes probationem de lege admittendam esse, eamque nemini denegari posse, absurdum hoc assertum jam lege § 240. Cod. jud. evertitur, secus enim, quis ad probationem per testes admittendus, quisve ab eadem repellendus sit, Legislator decisioni Judicis non subjecisset, ast quemlibet litigantem probationem ejusmodi offerentem, sententia interlocutoria ad eandem admitti debere disposuisset, –

Fluit inde, quod circumstantiae litem dirimentes

in

in ipsis vam Articulis positionalibus modo exhauriente adduci et explicari debeant, neque eatenus ad edicendas primum per Testes in Articulis positionalibus non adductas circumstantias Scripturasque probatoriam et reprobatoriam provocare liceat, secus enim deficeret omne fundamentum, ex quo Judex, utrum probatio per Testes admittenda sit vel non? judicare posset. In reliquo pars Duplicans acceptat, expressam agnitionem Replicantium, quod Josephus Komar Actorum pater et Constantiae Dydyńska maritus jam die 29. Aprilis 769. in vivis non extiterit, per consequens Barbaram Komarowna de cujus patativo jure agitur, apud eundem usque ad 30. Xbris 785. non permanserit. En fidem Actorum, qui in Articulo probatorio 3tio asseruerunt, et probare obtulerunt, eandem Barbaram die 30. Xbris 785. per fratrem suum Josephum Komar sepultam fuisse, przez tegoż Brata pochowaną została! stabilita igitur tam argumentis adductis, quam praesenti replicando ab Actoribus explicite facta confessione, veritate circumstantiae, quod Barbara Komarowna usque ad fata sua apud viventem et hoc tempore et postea Josephum Komar domiciliaverit, ab eodemque sustentata fuerit, consolidatur insimul veritas superioris ad I illationis, quod haec Barbara nisi qua soror Josephi et Stephani Komar, qua filia Michaelis Komar, qua Neptis Catharinae de Zelisławskie Komar reputari valeat; talique jure natalium nisi ad successionem post eundem Michaelem concurrere posset. Non intelligitur autem, quomodo sive Testis in Edictis suis, sive Replicantes in Scriptura probatoria explicare valerent, illum Josephum Komar, qui tempore mortis Barbarae Komar dto 1785 amplius non vivebat, fratrem ejusdem Barbarae esse potuisse, quod cum sit

impossibile

impossibile, sequitur eo ipso, probationem per
Testes, circumstantiae impossibilis, admitti non
posse, nec debere —
Quoad aetatem Testium, Replicantes non ne-
gant, imo nec negare possunt, Testes hos tem-
pore suppositae nativitatis Barbarae Koma-
rowna partim in vivis plane non extasse, par-
tim vero ejus fuisse aetatis, ut ad contestanda
natalia de lege admitti nequeant — litem por-
ro non dirimit, etiamsi provocati Testes per-
sonam, cujus nomine actores agunt, quaeve
die 30. Xbris 785. sub nomine Barbarae Koma-
rowna juxta sepulturam F. sepulta fuit,
Barbaram Komarowna appellatam, pro
Sorore Josephi Komar antelumum 769.
praemortui atque filia Catharinae de Zelislaw-
skie Komorowa indicatam fuisse audiverint, te-
stes enim ex auditu de lege non admittuntur
tanto magis in praesenti casu, ubi praefati
Testes circumstantias has ex ore putativae
Barbarae Komarowna, quae tota vita sua
surda et muta fuisse dicitur, se audivis-
se contestari nequeunt — ad probandas hujus-
modi circumstantias opus foret, ut provocati
Testes tempore natalium putativae Barbarae
anno scilicet 721. domestici aut Familiares
Catharinae de Zelislawskie et Jacobi Komar
Conjugum fuissent, legitimae nativitati puellae
sub nomine Barbarae Komarowna interfuissent, atque
edicere possent, puellam hanc crescente aetate sur-
dam et mutam aparuisse, surdamque et mutam per
totam vitam suam remansisse, atque a tempore na-
talium suorum pro filia Catharinae de Zelislawskie et
Jacobi Komar a parentibus, consanguineis, vicinis
et familiaribus illorum continuo reputatam fuisse
ad quae tamen omnia contestanda provocatos Testes
inhabiles esse, jam excipiendo demonstratum est —
denique reflexioni Excelsi Judicii substernitur
quod tam nostris, quam antiquis polonis legibus

natalia

natalia ac filiatio Christianorum speciale genus probationis praescripta habeant, metricas nimirum baptismi, extraordinaria ergo probatio per testes eo minus locum habere potest, quo nulla ratio et necessitas ejus admittendae allegetur —

ad 3m et dari aliquam negetur — Inanis haec sermocinatio, qua argumenta Exceptionis minime eliduntur, ulteriorem refutationem non meretur —

ad 4. 5m Revocantur simpliciter Exceptionis dicta, eo addito, quod falsum sit ac negetur, hanc Barbaram Komarowna, quae juxta sepulturam F. mortua esse dicitur, adeo miseram et inopem fuisse, ut per Constantiam de Dydyńskie et Josephum Komary conservari ac sustentari debuerit, ex propriis enim Replicantium allegatis. N. P. patet, sed notabilem substantiam post eandem remansisse, cum taxa mortuarij in quota 160 fl. 59 xr et detractus in quota 900 fl. emensurata habeatur —

ad 6m Recte excipiendo oppositum est, sorores Borucka, Mroczkowska et Andrzlowska nullo jure gaudere in hereditatem Kossakowskianam, etiamsi Barbara Komarowna extitisset, et quod semper negatur, filia Jacobi et Catharinae Komar fuisset, quia praetendunt hanc hereditatem per caput patris Josephi Komar jam autem juxta Correcturam Prussiae de anno 1598. V. VI. fol. 549. profectitia bona aeque ac acquisita ejusdem sunt naturae, et patri adnumerantur, a paterna autem hereditate filias exclusas fuisse, et dote tantum sese contentare debuisse, excipiendo demonstratum, et apprime notum est, —

Nec opitulantur Replicantibus Allegata sub M. N. O. P. quia actio in Radice sua manca ac temera est, haeque allegata procedentiam Barbarae Komarowna ab Jacobo et Catharina Komar, atque competentiam ad hereditatem Kossakowskianam nullatenus probant — eo caeterum observato, quod ex his allegatis eveniat, Brigittam Mroczkowska nequidem

hereditas

hæreditatem post putativam Barbaram Komarowna adivisse, nulliter igitur et incompetenter actionem nomine ejus institutam esse — ad extremum dato non admisso, etiamsi id quoquo modo probatum haberetur, petitio nihilominus actorum pro adjudicanda 1/24 hæreditatis Kossakowskianæ excessiva, ac plus justo continens evidenter apparet, etenim ex 12/24 hæreditatis Kossakowskianæ medio Decreti A lineæ Catharinæ Komar addictis, in Barbaram quam actores quartam prolem fuisse subtrudunt, 3/24 tantum devolverent, Barbara Komarowna tamen innuentibus ipsis actoribus steriliter et ab intestato demortua, portio hæc 3/84 non unico ac si fratri Josepho Komar ejusque descendentibus, modernis actoribus, sed reliquis etiam duobus fratribus Stanislao et Michaeli eorumque descendentibus accresceret, cum vero 1/24 in Josephum Komar devolutam, filij ejus Joannes et Franciscus Joanni Cantio Morsztyn titulo oneroso resignaverint, pretiumque illius perceperint, et adquietaverint; fluit inde, Joannem Komar atque filios Francisci Komar nempe, Joannem Cantium et Ignatium Komary non solum incompetentes actores esse, verum insuper Conactricibus Borucka, Mroczkowska et Andrzlowska si iisdem non obstantibus tot Exceptionibus, quidquam competere admitteretur, respondere, Massamque Duplicantem evincere obligari; simul vero agendo nisi animum captandi sordidi lucri cum damno Creditorum Proto Potockianorum, qui ingentem jacturam passi sunt, manifestant —

Refutata igitur Replica, infrascriptus Curator Conclusioni Exceptionis in toto deferri, et Expensas litis pretio extraordinario ob apertam temeritatem actionis adjudicari Excelso Judicio supplicat —

Cæterum subsignatus Curator pro justificatione moræ in exhibenda præsenti Duplica sequentia

humillime

humillime anteponit: quod Anno 816. ut No. 5. pro Curatore constitutus Acta sibi tradita non habuerit, pro iisque restituendis adversus anteactum Curatorem instare debuerit, porro hoc acta quidem ad Excelsum Judicium ad No. 19759/816 comportata, et subsignato Curatori circa finem ejusdem Anni extradita fuerint, ast ita incompleta, ut exhauriens notitia omnium negotiorum nullatenus haberi potuerit — cogebatur itaque subsignatus, ut muneri Curatoris exacte satisfaciat, voluminosissima acta pertractationis Successionis Kossakowskianae revolvere, et notitiam in diversis officiis tam hic Regni, quam extra oras sibi comparare, prouti praesens Duplica contestatur — dein necessarium esse credebat, acta hujus causae nonnullis creditoribus massae cridariae Proto Potockianae hic Regni et in Polonia habitantibus ad evitandum omne periculum, pro dando consilio et suppeditandis defensionis adminiculis communicare, qui longiori tempore ea detinuerunt — tandem Duplicam hanc intra breve tempus formari et adstrui haud potuisse, nemo inficiabitur — moram itaque pro justificata haberi exoratur —

Ohanowicz

Pres 11 Maij 1820

10024

Cum sub hodierno in allegationem novorum Allegatorum duplicae contra pars consenserit, hinc in consequentiam hujus duplica praesens redecretatur ad triplicandum intra 14. Dies, — Decretum in Consilio Coo R. Fori Nobili Leopoliensi Die 20. Junij 820

26 Junii

Schubinger

Ad 28 Junii 820

Pollin

Ad

Excellum CR. Forum Nobil. Leopol.

ad Nrum 8754/816.

Duplica

Massae concursualis Proto Potockianae in assistentia Curatoris Adti Ohanowich

contra

Dnos Joannem Komar, Joannem Cantium Komar, Ignatium Komar, Theressiam Borucka, Brigittam Mroczkowska et Ursulam Andrzlowska p. D. Ado. Czarnecki

in causa puncto deoccupandae et exscindendae 1/24 partis hereditatis Stanislao Kossakowskianae jure Barbarae Komarowna —

Ad 4.

ad VI Conc.

cum 50 Alleg.

p. Ohanow

43137 D. 18x

Ohanowicz

Komar 56

Excelsum Forum!

Hæredes post olim Stanislaum Kossakowski jure priori gaudentes, utpote: Josephus Benedictus Komar, Marcellus Komar, Anna de Komary 1° Voto Budziszewska, 2° Kęszycka, Joanna Pernetowa, nomine Minorennium Juliannæ, Agathæ, et Hyeronimi Komar qua tutrix, tum massa Concursualis Protho=Potockiana per Mandatarium Advocatum Leopol: Mfcum Moszyński in Consequentiam Resolutionum Judicii Stanislaopoliensis et quidem postremæ Resolutionis dd° 17a 9bris 806. ad Nm 6980. quoad constituendos Administratores in locum Dni Marcelli Komar et Dni Comitis Gołuchowski sequentem exhibuerunt Declarationem: ut Bonorum Tractus Zabłotow, Skaba et Rozniow sit Administrator Dnus Vladislaus Komar, Bonorum vero Tractus Sniatynensis ad quæ etiam Prædium Uscie spectat, tum Bonorum Tractus Dzwinogrod Mfum Joannem Jordan pro Administratore elegerunt ut A. —

A.

Ex eadem Declaratione legitur, quod dicti Successores neo constitutis Administratoribus facultatem dederint in propriis Sectionibus existentia Bona ad triennium ita exarendandi, ut Possessor onera ærarialia ea tantum ferat, quæ anno 806. extiterant, cum hac expressa Conditione, quod si tractu suæ Possessionis majora onera præstitisset, hæc ipsi ex Massa Kossakowskiana bonificabuntur —

Ju

In Consequentiam hujus Declarationis supra dicti administratores sub iisdem Conditionibus medio Decreti Judicii Stanislaopoliensis dd.o 27.a Januarij 807. ad N.m 300. ut B confirmati sunt.

B.

Ex fundamento itaque hujus sibi commissæ potestatis celebrarunt iidem administratores cum D.no Ludovico Raciborski binos Contractus, et quidem D.s Vladislaus Komar ratione Bonorum Rozniow cum attinentiis Zabii et Stupicka dd.o 20 febr: 807. ut C. D.s Joannes Jordan vero ratione Bonorum Uscie dd.o 6.a Martii 807. ut D., qui Contractus per omnes tres Instantias approbati extiterunt.

C.

D.

Per tempus suæ Possessionis obligatus fuit D.nus Ludovicus Raciborski massæ Kossakowskianæ qua Dominus vices gerere, expensas bellicas extraordinarias, nec non illa tributa fere, ad quæ præstanda in vim Contractuum supra allegatorum sub C. et D. non obligabatur, unica spe obtinendæ Resarcitionis.

Ad obliquidandas breviori via easdem Expensas supplicavit D.us Raciborski Excelso Foro de præs: 5. Martii 810. ad N.m 7457, ut Administratoribus ad quæstionis obliquidationem judicialiter faciendam terminus assignetur. Sed Excelsum Forum Supplicantem ad Massæ Administratores relegavit teste Resolutione dd.o 4.a Aprilis 810. ad N.m 7457. ut E. eo fine, ut iidem Administratores privatam conficiant Obliquidationem, et de confecta Excelso Judicio notitiam dent.

E

Sed

Sed, cum Dnus Ludovicus Raciborski cum Administratoribus Massæ juxta voluntatem Excelsi Judicii medio privatæ Obliquidationis quæstionis negotium ad finem perducere non potuit; hinc necessitatus extitit prætensiones suas ex supra memorata Conductione Bonorum scaturientis coram Excelso foro liquidare liquidatasque approbari petere — hæquæ sunt:

		fRhi	Xr
F.	1o Medio Mandati dd. 24. Junij 809. ut F. injunctum extitit Actori ut duos boves pingues pro die 26a Junij 809. ad Horodenka adstituat pro Exercitu C. R. Austriaco, hos Actor adstitui fecit teste Quietantia dd. 26. Junij 809. ut G. qui teste Quietantia dd. 26. Junij 809. ut H. Sam 141 frh. 30 constabant.	141.	30.
G. H.			
I.	2do Medio Mandati dd. 10a 7bris 809. ut I. injunctum erat Actori ut pro exercitu Austriaco ad Stanislawow 6. boves, et 6. Corethos leguminum adstituat, quæ omnia actor adstitui fecit, teste Quietantia dd. 27a 7bris 809. ut K. — Memorati 6. boves Constabant teste Quietantia dd. 27. 7bris 809. ut L. Sa 240 frh.	240.	—
K. L.			
M.	Legumina autem teste Quietantia dd. 27. 7bris 809. ut M Sa	96.	—
N.	3io In vim Mandati dd. 29. 8br 809. ut N adstitui fecit Actor teste Quietantia dd. 16a 9bris 809. ut O. iterata vice 6. boves et 6. Corethos leguminum. — Dicti 6. boves constabant per 35 fRh. unus		
O.			
	Latus et legum	477	30

		fRh	xr
	Translatus	477	30.
	et leguminum Corethus unus à fRhenensib: 20. teste		
P.	Quietantia dd.o 20.a 9br. 809. ut P. — quæ faciunt S.am	330.	—
Q.	4.to In vim Mandati dd.o 14.a Decembr: 809. ut Q. adsti-		
	tui fecit Actor teste Quietantia dd.o 18.o Decembr.		
	809. ibidem sub Q. 4. boves, et 8. Corethos le-		
	guminum in Mandato sub Q. specificatorum,		
	quæ omnia teste Quietantia dd.o 18.a Decembr.		
R.	809. ut R. constabant — — — — — — —	404.	
	5.o Expensæ itineris circa adstitutionem supra dicta-		
	rum præstationum testibus Quietantiis dd.o 12.		
S.	9br. 809. ut S. atque alterius dd.o 10.a 9bris 809.		
	ut T. efficiunt — — — — — — — — —	30.	
T.	6.to In vim Mandati dd.o 19.a Aug: 809. ut U. adsti-		
	tui fecit Actor pro Exercitu austriaco teste		
U.	Quietantia dd.o 9.a 7bris 809. ibidem sub U. con-		
	tenta 1650. ulnas lintei cujus quævis ulna à 40xr		
W.	constabat — hocque pretium quietantia sub W.		
	probatur, quod vero de eodem linteo agatur in qui-		
X.	etantia sub W. probatur Certificato sub X. ob-		
	venit proinde Actori pro 1650. ulnis — — — —	1100.	—
Y.	7.o In vim Mandati dd.o 20.a 7bris 809. ut Y. adstitui		
	fecit Actor teste Quietantia ibidem sub Y. repe-		
	ribili 1342. ulnas lintei, cujus ulna quævis consta-		
	bat à 46xr: tali itaque ratione constabant 1342 ulnæ	1028.	52
	8.o Expensæ circa adstitutionem lintei in puncto 6.o et 7.o		
	hujus Actionis memorati efficiunt teste Quie-		
Z.	tantia sub Z. Summam — — — — — — —	30.	29
	9.o Ad Mandatum dd.o 7.a 7bris 809. ut A.2 persolvit Ac-		
A.2	tor teste Quietantia ibidem sub A.2 reperibili pro		
	Latus Exercitu	3400	51

	frk	xr
Translatus - -	3400	51.
Exercitu CR. austriaco in paratis Sam - -	260.	..
10o In Sequellam Mandati dd. 27a Aug: 809. ut B2 adstituit Actor teste quietantia dd. 9a Septembr: 809. ibidem sub B2 reperibili 3 equos quorum quivis tunc et nunc ad minimum constaret 150 frk: atque super hoc pretio offert Actor Juramentum in litem — Tali proindeRatione omnes tres equi constant - - - - -	450.	
11a Iterata vice in vim Mandati dd. 21a Aug: 809. ut C2 adstituit Actor itidem Exercitui CR: Austriaco tres equos cursorios valide bonos teste quietantia dd. 28. Septembr: 809. sub C2 contenta, quorum equorum quivis ad minimum constaret 250 frk: hocque Juramento in litem comprobare paratus est Actor — Ducta itaque ratione constant dicti tres equi - - - - - - - -	1000.	—
12o Expensæ in adstituendis equis in puncto 10. et 11o numeratis ad Stanislawow 14 Miliaribus factæ testibus quietantiis dd. 26. Septembr: 809. et 26 Septr: 809. ut D2 et E2 efficit - - - - - - - - - - -	62	—
13io In vim Contractuum sub C et D. obligabatur Actor omnia tributa ærarialia, et in vim obliquidationis dd. 6a Martii 809. ut F2 obliquidatus fuit eadem extraordinaria sed solummodo dd. 24a Martii 810. persolvere — Adimpleta itaque hac Obligatione persolvit Actor testibus Quietantiis ad Nm 240 et 51/335 ut G2 ad Nm 25/61 et 170. ut H2 ad Nm 25/335 et 170/1 ut I2 atque ad Nm 26/26 et 170 ut K2		
Latus - - -	5172	51.

B2 — C2 — D2 et E2 — F2 — G2 H2 — I2 K2

	fl:	xr:
Translatus	5172	51.

usque ad 1am Maij 810. nempe pro duobus quartalibus 810. Anni — proinde persolvit pro uno Mense et 7 diebus ultra suam Obligationem et quidem —

	fl:	xr
a. Tributum ordinarium pro uno quartali obvenit in quota 440 fl: 12 xr — itaque per supra dicta tribuit Actor plus ac debuit Summam — — — — — —	180	25.
b. Tributum extraordinarium $\frac{50}{100}$ obvenit pro uno Quartali quota 126 fr: 18 xr: hinc actor persolvit ultra obligationem — —	52.	37.
c. Tributum extraordinarium $\frac{16}{100}$ obvenit quartalier in Sa 40 fr 25 xr, pro tempore itaque supra mentionato persolvit Actor, ultra sui obligationem — — —	16.	50.
d. Tributum Czopowe dictum penditur quartaliter in Sa 536 fl: 55 xr — Hinc Actori pro Mense uno et 7 diebus obvenit Summa — — — — — — —	223	39.
Hæc dant junctim Sam —	473	31.

L2	14o In Sequellam Mandati ddo 30. Martii 809 ut L2 adstituit Actor ad Stanislawow farinæ ex Siligine Centenarios 48. libras 78 teste quietantia sub L2 reperibili — —	Cent: 48.	libræ 78.	473. 31.
L2	15o In vim Mandati ddo 10 Aug: 809. ut M2 adstitui fecit Actor teste quietantia ddo 30o Aug: 809. ut N2 ad Stanislawow farinæ ex Siligine — — — — — — — — — —	30.	—	
M2				
N2				
	Latus — — —	78.	78.	5646. 22

		Centum	libr	frh	xr
	Translatus	78.	78.	5646.	22.
O^2	16° Similis farinæ adstitui fecit Actor teste quietantia dd° 31. 8bris 809. ut O^2 ad Stanislawow	60	–		
P^2	17° In vim Mandatorum dd° 1° 8bris 809. Nro 4629. ut P^2 et alterius dd° 30. 8bris 809. ad				
Q^2	Nm 4629. ut Q^2 adstitui fecit Actor diversis temporibus similem farinam ex siligine – ita:				
R^2	a. Teste quietantia dd° 2a 9bris ut R^2	46.	–		
S^2	b. teste Quietantia dd° 26a 9bris 809 ut S^2	56.	87.		
T^2	c. teste Quietantia dd° 30. Decembris 809. ut T^2	34.	4.		
U^2	d. teste Quietantia dd° 2a Januarij 809. ut U^2	45.	31.		
	e. Vi quietantiæ dd° 14a Martii 810.	1.	8.		
	Prostitit itaque Actor farinæ ex Siligine	322	8.		
W^2	quæ farina per actorem teste allegato sub W^2 a frh: 17. emta dat Sam			5474	20.
X^2	18° In vim Mandati dd° 8. Aug: 809. ut X^2 adstitui fecit Actor teste Quietantia dd° 19. Aug: 809. ut in Allegato sub X^2 reperibili ad Stanislawow Avenæ modios 170 5/8	Modii 170 5/8	Gar: –		
Y	19° In Sequellam Mandati dd° 10a Aug: 809 ad Nm 3761. emanati adstitui fecit Actor teste Quietantia dd° 29. Aug: 809. ut Y^2 ad Obertyn Avenæ modios	144	–		
Z^2	20° Conformiter Mandato dd° 1a 8bris 809. ad Nm 4629. adstituit Actor ad Granarium in Sniatyn teste quietantia dd° 1a 9bris 809 ut Z^2 avenæ	11.	–		
	Latus	325 5/8	–	11120.	42.

		Modi	Gar:	frhc	xr:
	Translatt.	325 5/8	—	11120.	42.
A³	21º Teste Quietantia dd.º 31. Xbris 809. ut A³ adstituit ad Tysmienica avenæ	248 7/4	—		
B³	22º In vim Mandati Circularis dd.º 7ª Januar: 810. adstitui fecit ad Granarium in Sniatyn teste Quietantia dd.º 19. Janu: 810. ut B³ Avenæ	42	—		
C³	23º In Sequellam Dispositionis dd.º 7ª Januarij 810. adstitui fecit Actor teste Quietantia dd.º 31ª Januarij 810. ut C³ ad Sniatyn Avenæ	62.	—		
D³	24º In vim ejusdem Dispositionis adstitui fecit ad Granarium in Kuty teste Quietantia dd.º 28. febr: 810. ut D³ avenæ	200	—		
	Contribuit itaque Actor spe resarcitionis ex Massa Kossakowskiana obtinendæ Avenæ modios quorum Unus si juxta Allegatum sub W² prouti ab Actore ipso emptus fuerat a frh: 30 xr: computetur specificati 878 4/8 Modii dant Sam	878 4/8	—	4831.	45.
	~~NB.~~ Hæ omnes præstationes tam in avena, quam in farina ex Siligine factæ cum expensis adstitutionis computatæ atque nunc memorato pretio per Actorem emptæ erant				
E³ F³ G³	25º Adstitui fecit Siliginis Modios 159. seu Corethos 79½ in vim Mandati sub E³ teste Quietantia dd.º 17º Mar: 810. ut F³ quod frumentum juxta foralia sub G³ a frh: 15. qua medio pretio computatum dat			1192	30.
H³	26º Teste Quietantia dd.º 8. Aug: 809. ut H³ adstitui fecit Actor ad Obertyn foeni Centenarios 35. quod juxta Allegatum sub W¹ per Actorem ipsum a frh: emtum dat			210.	—
	Latus			17354.	57

		frh	xr.
	Translatus —	17354	57.
I^3	27° Adstituit Actor ad Granarium in Sniatyn teste Quietantia dd° 31. 8bris 809. ut O^2 foeni Centenij 133. quorum unus si juxta foralia sub I^3 a frh: 4 41¼ xr. numeretur prodibit pro 133 Centenarijs S^a —	623.	26.
K^3 L^3	28. In vim Mandati dd° 17° Januarii 810. ut K^3 adstitui fecit Actor ad Stanislawow teste quietantia dd° 2a februarij 810. ut L^3 — 55. Centenij et 20. libras foeni — quod foenum juxta foralia sub G^3 a 6 frh 45 xr: computatum dat S^am — — — — — — — — — —	370.	45.
M^3	29° In sequellam Mandati Officii Circularis adstitui fecit Actor teste Quietantia dd° 11a Aprilis 810. ut M^3 ad Granarium in Kuty foeni Centenarios 420 libras 65 — quae juxta foralia sub G^3 numerata a 7 frh: 30 xr: dant Summam —	3154.	52.
	30. In vim Mandati Circularis adstitui fecit Actor teste Quietantia dd° 19 Januarij 810. ut B^3 foeni Centenarios 37. libras 80. quod foenum juxta foralia sub G^3 a 6 frh: 30 xr: numeratum facit Summam — — — — — — —	245.	42
N^3	31. In vim similis Mandati adstitui fecit Actor quoque ad Stanislawow teste Quietantia dd° 11a Aprilis 810. ut N^3 foeni Centenarios 58. et libras 7 — quae juxta foralia sub G^3 computata a fpoll: 30. dant Summam — — — — — — — —	435	31.
O^3 P^3 Q^3 R^3	32. testibus Allegatis sub O^3, P^3 et Q^3 adstitui fecit Actor ad Mandata Militaria 67. vecturas Straminis pro usu Militum CR: Austriacorum, quarum una vectura teste allegato sub R^3 a fp 12. aestimata est, et hocce super quanto actor Juramentum in litem offert — Tali proinde Ratione omnes 67 vecturae Straminis constabunt — — — —	201.	—
S^3	33° Teste Quietantia dd° 5a februarii 810. ut S^3 adstitui fecit Actor ad Mandatum Officii Circularis ad Granarium in Kuty 100 Modios Avenae, quae avena supra liquidata non est, pro hac itaque avena juxta foralia sub I^3		
	Latus —	22386.	13

		frh:	xr:
	Translatus	22386.	13
	sub I.³ a fl. Rh: 6. xr: 37 2/4 numerata dat Summam - -	331.	15.
+ T.³	34.º Teste Quietantia dd.º 16.ª Maij 810. ut T.³ adstitui fecit Actor in vim Mandati officii Circularis ad Granarium in Sniatyn 100 Modios sive 50. Corethos Avenæ, quorum unus juxta foralia sub I.³ a fl. 6. xr: 37 2/4 numeratus facit Sam - - - - - - - - -	331.	15.
+ U.³	35.º Teste Quietantia dd.º 3.ia April: 810. ut U.³ adstitui fecit Actor ad Granarium Sniatynense 56. modios Siliginis. Si itaque Corethus unus juxta foralia sub I.³ à frh: 11, xr 30. computetur prodibit Summa - - - - - - - - - - - - -	322.	-
+ W.³	36.º Teste Allegato sub W.³ adstituit Actor extra supra mentionatum Stramen adhuc 41. vecturas Straminis pro usu militum C: R: austriacorum in Sniatyn, quarum una, si juxta foralia sub I.³ a 2 frh: 37 2/4 xr: computetur prodibit Summa - - - - - -	107	37
X.³ Y.³ Z.³ A.⁴	37.º Tempore agitatæ Commissionis judicialis Bona Roznow et cætera detaxantis extradidit Actor pro sustentatione Cammerarij et duorum detaxatorum testibus quietantiis sub X.³ Y.³ Z.³ et A.⁴ Avenæ Corethos 25 1/4, quorum unus si juxta foralia sub I.³ à frh: 6. xr 37 2/4 computetur prodit S.ª - - -	172	16.
	foeni vecturas 11, quarum unam ad frh: 11 æstimat, et hoc super pretio juramentum in litem offert, prodibit itaque pro dicto foeno S.ª - - - - - - -	99.	-
	nec non 30 galinas quarum una à 30 xr æstimatur, et hoc super pretio juramentum in litem offertur — hac itaque ratione prodit pro galinis S.ª - - -	15.	-
	38.º Tempore absentiæ Mandatarij in Roznow sustentabat Œconomus Actoris Cammerarium ejusque Dependentem, pro qua sustentatione solvit eidem actor		
	Latus - -	23764	35

		fr	xr
	Translatus	23767	32
+ B.4	Actor teste quietantia sub B.4 - - - - - - -	30.	45.
+ C.4	39o Actor dedit expedito per Cammerarium in negotio Officioso ad Detaxatores homini pro expensis itineris teste quietantia sub C.4 - - - - - - - - - - - -	13.	—
+ D.4	40o Teste quietantia ut D.4 persolvit actor ab equis Cammerarium et Detaxatores vehentibus pro via publica tributum vulgo Rogatka - - - - - - - - - - - -	1.	—
E.4	41o Cum in Sylvis Bonorum Roznow partim deerant ligna ad ædificandum necessaria partim vero illa, Custos Sylvarum præfectusque, extradere non voluerunt, hinc coactus fuerat Actor ad ædificandum Conservatorium vulgo (Schoppe) multa ligna coëmere, quæ hic in allegato sub E.4 specificata sunt atque Summam frh: 20. Xr: 42. efficiunt - - - - - - - - - - - - - - -	20.	42
F.4	42o Aliquas Reparationes in Curia ipsa suscipere obligatus fuit Actor, quæ in fundo reperiuntur et juxta Consignationem sub F.4 efficiunt Summam - - - -	25	30.
	Hæ itaque omnes Expensæ actori bonificandæ efficiunt Summam - - - - - - - - - -	23855	33.

dico Viginti et tria millia Octingenti quinquaginta quinque frh: 33 Xr: - - - - - -

43o Voluntas fuit Excelsi Judicij teste allegato sub E. ut se Actor cum DDnis Administratoribus extrajudicialiter obliquidasset, imo iidem ex facultate sibi commissa ad quæstionis obliquidationem faciendam obligabantur — sed etiamsi se Actor post Resolutionem sub E ipsis plenum Jus obliquidationem faciendi tribuentem in Mense Majo 810. anno ad eos se contulerit, et petierit ut obliquidationem cum ipso facere velent, tamen iidem Dni Administratores id facere recusarunt. Hac proinde ex ratione actori jure merito debentur Usuræ a 1a Junij 810. ad diem actualis solutionis per 5/100 a Summa qualis se per obliquidationem præsentem

sentem monstrabit.—

G.u Notandum autem est, quod plurima allegata hujus
Actionis Originalia teste allegato sub G.u per Mandata-
rium ex parte Dominii recepta sint, quin Actor sciat
ubi reperiantur.—

Concludit proinde Ludovicus Raciborski, et demisse
Excelso Judicio supplicat, quatenus finie peragenda Obliqui
Dationis premissarum Errogationum Dies dicatur, pro eadem
die Successores Stanislai Sosnkowski, ut pote Massa
Protho-Potockiana per Curatorem Dm Advocatum Chrzyński
Leopoli habitantem in fundamento Decreti Curatorei sub
H.u — Angella Comes Gotuchowska et Successores Josephi
Vincentij Comitis Gotuchowski per Plenipotentem pri-
mas Scripturas levandi Adalberthum Comitem Gotuchowski
in Klekotow Circulo Złoczoviensi Plenipotentiis sub J.u
et K.u munitum.— Hyeronimus Benedictus Komar per
tutricem et Matrem Joannam Pernetowa in Toporow
Circulo Złoczoviensi Decreto tutoreo sub L.u munitam.—
Julianam Agatam de Komary Jordanowa pertu-
storem Joannem Jordan in Lysiec Circulo Stanislaopo-
li Decreto tutoreo sub M.u munitum.— Severinam Komaro-
wa Varsovia in Ducatu Varsoviensi.— Erasmus Komar
Cracovia in Ducatu Varsoviensi.— Stanislaus Del-
phinus binominis Komar in Rossia in Kurytowce
Murowane.— Julius Komar in Rossia in Zyrybitow-
ka.— Paulina Rudnicka in assistentia Adalberthi
Rudnicki patris et tutoris sub N.u in Kurytowce mu-
rowane Gubernio Camenecensi per addendum Curatorem
edictaliter, quem in finem allegatur Attestatum Tabulare

quod

(L) DREI KREUTZER

KK OESTER CONTROL STEMP

62

quod edictaliter citandi nulla bona in Tabulis habeant sub

O.

P.

O.H. — Anna Kęszycka seu ejus Cessionarius Marti-
nus Kęszycki ut L.Pu Leopoli sub N.ro 113 2/4. — Antonius
Komar et Otto Komar in Łatka Górna Circulo Boch-
nensi. — Sigismundus et Nicolaus Sabba Komar in
Brzozowa Circul: Bochnensi — Stanislaus Theophilus
Komar Leopoli sub N.ro 20 1/4 habitantes, adcitentur, et
inquantum contradicerent, ut iidem Successores ad solutionem
ex Massa Stanislao Kossakowskiana supra specificata-
rum pretensionum ad Summam 23,855 fr.h 33 kr:
hic computatarum cum Usuris a die 1.a Junii 810.
ad Diem actualis solutionis per 5/100 computandis,
(assumendam pro Norma Mensem Junium 810.)
juxta Scalam Patentalis de 20.a Februar: 811. in solidum
stringantur, litisque Expensas suo loco liquidandas, re-
fundant.

Plenipotti: sub Q.u

B. Konsadzki

[illegible]

Grees: 27 Jan: 812
14054 N 1680
22082

Siquidem Causa hæc est majoris momenti et quasi Calculatoria, actis cum Allegatis 1° Convento Rubrumvero Comitatis Communicantur ad simultanæ excipiendum in termino 90 dierum Decretum in Consilio Cesareo Fori Nob. Leopoli die 22 Februarij 812

Ad
Excelsum C. R. Forum Nobilit: Leopoliens:

Actio Summaria

Dni Ludovici Raciborski Leopoli sub Nro 138 1/4 commorantis. —

Contra

Massam Stanislai Kossakowski et respective Successores, utpote: Massam Protho Potockianam in Assistentia Curatoris Dni Advocati Moszyński Leopoli habitt. — Angelam Com: Gołuchowski et Successores Josephi Vincentii Com: Gołuchowski per Plenipotentem Adalberthum Gołuchowski in Klekotow Circulo Złoczoviensi — Hieronimum Benedictum Komar per tutricem et Matrem Joannam Pernetowa in Toporow Circulo Złoczoviensi. — Juliannam Agatham de Komary Jordanowa per tutorem Joannem Jordan in Łysiec Circulo Stanislaopolie: — Severinam Komarowa Varsoviæ in Ducatu Varsoviensi — Erasmum Komar Cracoviæ in Ducatu Varsoviensi — Stanislaum Komar in Rossia in Kurytowce murowane Gubernio Camenecensi — Julium Komar in Rossia in Zyrybitowka Gubernio Camenecensi — Paulinam Rudnicka per Adalberthum Rudnicki patrem et tutorem in Kurytowce murowane Gubernio Camenecensi per addendum Curatorem edictaliter. — Annam Keszycka seu ejus Cessionarium Martinum Keszycki Leopoli sub Nro 113 2/4 — Antonium Komar et Ottonem Komar in Łąka Górna Circulo Bochnensi — Sigismundum et Sabbam Komar in Brzozowa Circulo Bochnensi — Theophilum Komar Leopoli sub Nro 20 1/4 habitt: —

Puncto solutionis ex Massa Stanislao Kossakowskiana Expensarum tempore possessionis Bonorum Rozniow cum Attinentiis nec non Bonorum Uscie ultra sui Obligationem factarum et ad Summam 23,855 fl. Rh. 32 kr. computatarum cum Usuris ac litis Expensis. —

Koniecpolski

2 März Zobicki
ad März 3 März 812
p Papp

4889 L. 22 f. 118

Coll. Koniecpolski solvat

Komar 63

L K

№ 22435

A CR foro Nobilium Leopol. Creditoribus Prothi Potocki per Tustanowski

Sententia Per CR forum Nobil. Leopol. in Causa Creditorum Prothi Potockiano-
rum actorum per Curatorem Adm Tustanowski agentium ab una contra heredes o-
lim Stanislai Kossakowski utpote: Juliannam Jordanowa, Hieronimum Komar, Suc-
cessores olim Josephi Benedicti Komar nempe: Constantinum Komar, et Massam
jacentem olim Adami Komar, Ottonem Komar, Massam jacentem Paulinae de Rud-
nickie Komarowa, Gasparum Theophilum et Sigismundum Komar, Adalbertum Com. Go-
łuchowski, Franciscum Czyz, Massam jacentem Martini Kęszycki et Severinam Komaro-
wa conventos in excipiendo contumaces puncto Executionis respectivarum portionum Sae
2221 fl 10½ x V.V. Juliannae Druzbacka persolutae super Consignatione actorum in Con-
tumaciam non excipientium die 23 Augusti 830 confectae judicatur: D. Juliannam
Jordanowa ad solutionem quotae 185 f 5 5/6 x in V.V. cum usuris per 4/100 a 5. Septbr.
829 numerandis, 2°) Hieronimum Benedictum binom. Komar ad solutionem simi-
lis quotae 185 f 5 5/6 x V.V. cum usuris per 4/100 a 5 Septbr. 829 numerandis; 3°) Succes-
sores olim Josephi Benedicti Komar et respective heredes olim Antonii Komar,
nimirum Constantinum et Adamum Komary, porro Ottonem Komar, et Massam ja-
centem Paulinae de Rudnickie Komarowa atque Gasparum Theophilum binom. et
